Fundacio Prepositure Bystrien

In nomine domini Amen Noverint universi et singuli hoc presens pu-
blicum transsumpti instrumentum inspecturi. Quod nos Laurencius Medelowski
dei gratia Episcopus Camenecensis prepositus et canonicus Vilnensis habemus
vidimus et diligenter inspeximus Serenissimi et inclyti principis et
domini domini Sigismundi dei gratia Regis polonie Magni Ducis Litwanie
Russie prussie Samogitie Mazowieque etc domini et heredis domini nostri
clementissimi binas literas sigillo Magni Litwanie ducatus in cordula
serica impendenti signatas Manuque sue Regie Maiestatis subscriptas sanas
salvas et integras non viciatas non cancellatas sed omni prorsus
vicio et suspicione carentes quarum quidem literarum tenor sequitur et est talis

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismun-
dus dei gratia Rex polonie Magnus Dux Litwanie Russie prussie Sa-
mogitie Mazowieque etc dominus et heres Universis et singulis presenti-
bus et futuris quorum interest vel in futurum quomodolibet interesse pote-
rit tenore presencium significamus Quod ex tempore quo regni et domi-
niorum nostrorum atque huius Magni Ducatus Litwanie gubernacula
feliciter per dei clemenciam suscepimus tamen semper animo gessimus
idque incumbimus diligenter ut ea que pro cultu divino a predecesso-
ribus nostris pie tradita sunt in abusum et in plurimorum fide-
lium scandalum et perniciem tempore nostri regiminis non traducantur
Sed vel iuxta veterem institutionem integre conserventur Vel ubi per
improbitatem aliquarum personarum preter mentem immo contra vo-
luntatem eorum a quibus donata sunt ad provocandam iram di-
vinam vertuntur in meliorem statum et ordinem pro conservando cultu
divino convertantur. Proinde cum fratres seu Monachi de provincia [illegible]
[illegible] Sancte Marie Demetrii sub regula Sancti Augustini

institute ob eorum plura manifesta enormia et diudum con
tinuata scelera et scandala admonitiones moribus et factis
eorum scandalosis id exigentibus per Reverendissimum in Cristo patrem
dominum Joannem Episcopum Vilnensem Juris ordine servato prepos
itura Bistricensi et Ecclesia parochiali in Medniki in diocesi
Vilnensi consistentibus fuissent perpetuo privati. Itaque legitime
et iuste factum recognosceremus simulque vidissemus ea ipsa dictam
preposituram videlicet in Bistrica et Ecclesiam parochialem in
Medniki ad nostram dispositionem ut pote veram et unicam collatorem
predictorum devoluta esse et redisse Atque ita nos desiderantes ut
cultus divinus in Ecclesiis dei conservetur Et presertim persone
Ecclesie et universo populo christiano imprimis utiles et necessarie
debito proventu sustententur quo Ecclesiis et christifidelibus ne
cessitatibus sufficere possent Utque etiam dignita
tes Ecclesie ob exiguitatem victus personis dignis non careant
quibus maxime indigere noscuntur Sed imprimis Ecclesia Catedralis
Vilnensis que cum non sit hactenus aliquo proventu pro per
sona Suffraganei provisa, non modicum in eo genere et prelato
deffectum dinoscitur sustinere. Cum nos resolvere et pro benigni
tate nostra providere volentes prefatam preposituram Bistricensem
eidem Suffraganeatui et Suffraganeo Vilnensi pro tempore ex
istenti annectendam uniendam et incorporandam duximus prout an
nectimus unimus et incorporamus presentibus perpetuo et in
super damus et concedimus domino Suffraganeo pro tempore existenti
omnimodam facultatem et potestatem eam ipsam preposituram Bi
stricensem, regendi et gubernandi cum omnibus proventibus eius et

personas Ecclesiasticas eiusdem Ecclesie et prepositure ad continuandum et co-
seruandum illic cultum diuinum necessarias sustentandi et prouidendi
Bona preterea eiusdem prepositure Vniuersa Bona ad prefatum sumptum et
dictarum personarum vsum iuxta arbitrium ipsius regendum et disponendum
Quequidem bona omnia et presertim Curiam predium et Tabernas in
Curia Dodi. Mikw. Dzyewice in predio et fluvio Swila in Pec-
olsha in fluvio Vngrie. Atque cum hominibus liberis et illiberis vtri-
usque sexus Boraris Tributariis et laboratoribus Necnon cum pro-
uentibus pertinentiis et redditibus Domibus Areis hortis Agris cultis
et in cultis Campis pratis pascuis fluviis Borris Allodiis Borreis
Siluis Gays Nemoribus Dumetis Quercetis Mellificiis Appibus et Melle
ex eis prouenientibus Tributariis Datys pecuniarum Mardurum Fru-
mentorum alias Dziakle et Mellis censibus et laboribus oneribus podwo-
dis Venationibus ferarum et Castorum Aucupationibus Molendinis et eorum
emolumentis Tabernis fluviis fluminibus gurgitibus Riuis Torrentis
paludibus lacubus Stagnis piscinis Vinariis Et generaliter cum omnibus
vtilitatibus et attinentiis quolibet ad predictam prepositura et Bona
eius ex antiquo spectantibus et in futurum humana industria exquirendis siue
inueniendis nihil penitus excipiendo quibuscumque nominibus nuncupatis et
nuncupandis. Sed cum omni iure dominio et proprietate eorundem
habendum regendum pacifice possidendum vtifruendum Et in Ecclesie prefate suosque
ac seruitorum Ecclesie sue vsus commoditates et necessitates vti ei melius
videbitur expedire conuertendum tenore presentium concedimus perpetuo
et in euum. Ita tamen et ea lege atque conditione. vt diuinus cultus in eadem
Ecclesia Bistricensi a veteri instituto in nihilo minuatur. Ad quemquidem per-
agendum ac obsequia prestandum. circa animarum que eidem Ecclesie ab an-

tique annexa existit debebit et erit obligatus quilibet Suffraga
neus pro tempore existens illic tenere et providere tres vel duos
iux exigentiam parochie Sacerdotes actu presbiteros Magen-
brole cum Cantore qui singulis diebus vna Missa in pa
rochia ad laudem dei et sanctissime domine nre decantet Et
dies non preteriat in quo adminus vna non legatur Missa nisi
quando ea aliquid canturi impedierit Et etiam adiecto et
observan. quod contingente vacatione Suffraganeatus Dominus
Epus Vilnen pro tempore exns debet semper eligere vnum ex
nris prelatorum et Canonicorum Capituli ecclie sue Vilnen qui
sue paternitati magis placuerit et ad id minus oberimdi ido
neus ac vtilior visus competensque fuerit quem pro voto
suo debet in Suffraganeum suum constituere Et propter hoc
ipsi Canonici et Capitulum toto coram nra Mte constitutum
vna domum Muratam Capitulum in qua modo venerabilis
Albertus Vielisznski moratur pro eodem Suffraganeo resit
et redit. assignavitque et assignat perpetuo In quorum omnium
fidem et testimonium Sigillum nrum presentibus est subappensum
Actum in Conventione generali Vilnen feria quarta proxima post
festum Sancti Laurentij Anno domini Millesimo quingentesimo
vigesimo octavo Regni vero nri Anno vigesimo secundo
Presentibus ibidem Reverendo in Christo patribus dominis prefato
Joanne Vilnen. Laurentio Mechelowski Camenecen
preposito Vilnen Et Nicolao Wiszgal Kyowien Ecclarum
Epis Rnis Magnificis et Generosis Alberto Martini
Castoldo palatino Vilnen et Magni ducatus nri Cancell

lario duce ostrowski Constantino palatino Troceń et supremo exer
tuum nostrorum magni ducatus Capittaneo Georgio Nicolai Radziwil
Castellano Vilneń et Curie nre Marsalco et Capittaneo Grodneń
Joanne Zabrzezinski palatino Nowogrodeń et supremo magni du
catus nri Marsalco Capittaneoq Mereceń. Et Mathia Klonko Juno
wicz Marsalco et Tenutario in Wolkowysko Atq Joanne Koz
sky Archidiacono. Et Stanislao Olessnyki Canonico Crac et Secre
tarys nris Atq alys q plurimis Consiliarys Aulicis et Notarys
nris testibus ad premissa fidedignis Datum per manus subscripti
Alberti Gastoldi pallatini et Cancellary nri sincere nobis dilecti
Quibusquidem lris diligenter inspectis. ad requisitionem domini Alberty
Wichesynski Canonici Vilneń per nrm publicum infrascriptum ipas
exemplari mandamus et transsumi in publicam formam redigi.
decernen et volen Ut huic pnti publico transsumpto. sive exemplo
plena fides deinceps adhibeatur. videlicet in locis omnibus et singlis
quibus fuerit oportunum. Ipmq trassumptum fidem faciat et illi
stetur Ac si originales lre ipe apparerent Quibus omnibus et
singulis auctoritate nram ordinaria interposuimus et decretum
ac ad evidentiam ampliorem premissorum Sigillum nrm pntibus
duximus appendendu Actum et datum Vilne xi Mensis Aprilis
Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo octavo pntibus
Venerabili ac Nobilibus et discretis viris dominis Joanne Doma
nowski in Twie et Sokolow plebano Curieq nre cancellarie audi
tore gnali et Canonico Rdissimi domini Epi Vilneń Venceslao

Wolsky Iozepho Iassynsky coma Czarnkow Bartolomeo Loza Notarys publicis et alys q̄ꝫ plurimis fidedignis testibus circa premissa

Et ego Matias Bernardi de Borkowo clericus Diocesis ploceñ Notarius sacra auctoritate Aplica publicus quia predictis omnibus et singulis vnacum prenominatis testibus presens interfui eaq̄ꝫ sic fieri vidi et audiui Ideo p̄ntes transsumpti Koblin l̄ras manu alterius legalis fidelitēr sceptas exinde confeci manuq̄ꝫ propria subscripsi ac signo et nom̄e meis solitis et consuetis vnacum memorati R̄ndissimi dom̄i Epi Cameneceñ Sigilli legitima appensione communivi et consignavi in fidem et testimonium premissorum rogatus et requisitus

Exemplar fundationis Suffra
gamatus Vilnen cum Domo

1556